



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1773**

**VD18 90118677**

§. 52. Fratres Prædicatores violati Silentii a Jesuitis Postulati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

**Sæcul. XVI.** versi in tabula adumbratam paulo ante o-  
**A.C. 1597.** bitum suum prælo subjecerat librum,  
 cui titulus: *theatrum universæ naturæ:*  
 denique se præsente, dum ferme cum  
 morte luctaretur, libros de *Imperio*, &  
*Jurisdictione*, & *legis actionibus*, ne non de  
*Decretis*, & *Judiciis* comburi jussit.

## §. LII.

*Fratres Prædicatores violati silentii  
a Jesuitis postulati.*

*Hist. Congr.* In eunte hoc anno salutis nostræ mille-  
*l. I. c. 17.* simo quingentesimo nonagesimo se-  
*Hist. cont-* ptimo inter Dominicanos, & Societa-  
*trov. P.* tis Patres pristina recruduit discordia,  
*Meyer t. I.* occasione desumpta ex ipsa silentii lege  
*pag. 798.* tam a summo Pontifice, quam a Phi-  
*Argentr.* lippo II. Hispaniarum Rege imposta;  
*coll. jud.* cum enim Papa hac de re duplex con-  
*t. 3. p. 168.* deret Decretum, ac primo quidem dun-  
 taxat prohibuisset, ne quisquam alte-  
 rijs partis doctrinam circa quæstiones  
 de gratia censuris perstringere auderet,  
 altero autem omnino quamcunque de  
 hoc argumento disputationem instituere  
 inhibuisset, Arragonicæ Provinciæ  
 Patres Prædicatores, apud quos non  
 nisi primum decretum fuit cognitum,  
 promulgatumque, a publicis disputa-  
 tionibus non abstinebant, inde vero  
 Patres Societatis ansam captabant,  
 quod eosdem Fratres Prædicatores  
 apud

Sæcul.XVI.  
A.C.1597.

apud Nuntium Apostolicum, sacræ Inquisitionis Ministros, atque ipsum Ordinis Generalem Magistrum, de violatis Papæ, sacræque Inquisitionis decretis accusarent, eisque omnibus silentii legem imponi peterent, cauſati, quod Prædicatores suis disputationibus scandalæ concitassent, & contra Regis Catholici edictum erga Jesuitas infenſum præſeferrent animum. Enimvero hæc accusationum capita apud hosce Judices adeo prævalebant, ut hujus Provinciæ Dominicanis de divina gratia disputandi facultas omnino interdiceretur, cui etiam edicto hi quidem debita submissione interim morem geferunt, rationum tamen suarum momenta literis ad Ordinis sui Magistrum Generalem Valentiae hoc anno vigesima quinta Aprilis die datis exponere, sibi integrum fore censebant, simulque apud Philippum II. Hispaniæ Regem querebantur, quod Jesuitæ ad publicas Dominicanorum disputationes quosdam emisissent, eo fine, ut hi argumenta subdole ad prohibitas quæſtiones detorquere niterentur. Recenset præterea P. Meyer Jesuita in sua controverſiarum Historia P. Dominici Bannez libellum supplicem, quo hic a Clemente VIII. Fratres Prædicatores a silentii lege eximi postulabat, hunc vero libel-

Hift. Eccles. Tom. LII.

H lum

Sæcul. XVI. lum a Bellarmino jussu ejusdem Papæ  
A.C. 1597. fuisse confutatum idem Author refert.

## §. LIII.

*Libellus supplex Hieronymi de la Nuza  
Provincialis.*

*Hist. Congr. Fratrum Prædicatorum Theologicum*  
*l. I. c. 25. & interdicta hasce quæstiones agitandi*  
*tib. 5. sect. 3. facultate veritati præjudicium, erro-*  
*neis vero opinionibus auctoritatem tri-*

*bui existimarent, idcirco inter ceteros*  
*Dominicanos præprimis Hieronymus*  
*de la Nuza tum Provinciæ Arra-*  
*gonicæ Provincialis, ac postea Al-*  
*barescinensis Episcopus die vigesima se-*  
*cunda Augusti currente hoc anno Phi-*  
*lippo II. Hispaniarum Regilibellum sup-*  
*plicem porrigebat, in quo non sine ma-*  
*ximo Ordinis sui, ac veritatis dispen-*  
*sio injunctum querebatur, ne in Ca-*  
*thedris, privatisque disputationibus de*  
*divinæ gratiæ auxiliis ageretur, cum*  
*tamen tanta sit hujus materiæ ampli-*  
*tudo, ut servato hoc edicto Theologiam*  
*nonnisi ad paucissimas quæstiones re-*  
*stringere oporteret, semperque Profes-*  
*sores, & Concionatores innumeris agi-*  
*tarentur scrupulis, ne forte Ecclesiam*  
*offenderent, aut Papæ mandatum vio-*  
*larent, vel a suis æmulis tanquam le-*  
*gis violatores traducerentur: insuper*  
*idem Pater Provincialis exponebat,*  
*haud*